iunare plus illo potes et te illa patientia superat humilitate precedit sup-
eminet caritate. Quid enim tota die circa illud quod videris habere insipienti
cogitatione versaris? Esto magis sollicitus ut scias quid desit tibi, hoc
enim melius. || Utinam sic et nos essemus cupidi gratie spiritualis quemad-
modum seculares homines pecunie temporalis. Debemus certe et multum debemus
vincere in bono malum et tanto amplius desiderare quanto preciosius est quod de-
sideramus. Sed utinam vel equales esse possimus. Magna enim confusio magna
valde quia ardentius illi perniciosa desiderant quam nos utilia. Certe illi ad mortem
properant quam nos ad vitam. Quanto enim desiderio pecunie avarus et cupidus, quanto
glorie appetitu ambitiosus estuat et quam violenter demum trahat sua quemque vo-
luptas quis explicet? Videas certe eos quicquid adepti sunt parvipendere non
attendere quanto labore et desiderio ea vix tandem consequi potuere quam vilescunt
eis omnia pre desiderio minoris forte rei quam alii repertum inde. Et tu er-
go non magnopere cogites que tibi videris habere nisi forte ut eorundem ut-
cunque gratias agere possis et te noveris debitorem ei qui dedit seu quam gratularis
cum illud necesse fuerit ne qualibet ex omnibus tristior fias. De cetero ea semper
magis attende que alius habet et tu non habes quia hec cogitatio in humilitate
te custodiat et a descensu tepiditatis elonget magis sanat et accendit desi-
derio proficiendi. Vide enim quanta e regione mala cogitatio illa pariat qua
sedule versaris in eo quod tibi habere videris et alterum quempiam estimas non ha-
bere. Hinc enim elevaris in superbiam dum te preponis alteri, hinc proficere negligis
dum te magnum quempiam arbitraris. Hinc demum incipis et deficere dum tibi alte-
rius comparatione etiam nimis exstitisse videris sicque in tepiditate medius et impius re-
missius agere. Scimus autem quia deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam
quia maledictus qui opus dei facit negligenter. Beati vero qui esuriunt et sitiunt
iustitiam quia si spiritu facta carnis mortificaverimus vivemus. Si vero secundum carnem
vixerimus moriemur. || Primus sermo de labore messis quo ma-
lum dicitur cooperatur in bonum. Sermo xxix°.

Pauperes quidem videmur et sumus sed si spiritum qui ex deo est accepimus
ut sciamus que a deo donata sunt nobis magna ab eo gloria magna
est nobis collata potestas. Quotquot enim receperunt eum dedit eis po-
testatem filios dei fieri. An non potestas filiorum dei ista que etiam nobis servit
universa? Sciebat enim apostolus ipse quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum.
Sed forte dicet aliquis vestrum: Et quid hoc ad me? Et in pusillanimitate cor-
dis sui talia meditetur: Glorientur de potestate filiorum dei in quibus filialis erga
eum fervet amor viget affectus et presumant omnia sibi cooperari in bonum
qui deum diligunt in veritate. Ego vero medicus sum et parum curans affecti-
bus expers digne denotamus. Sed attende quod sequitur: Nullum enim desperare
in locum reliquit in scriptura sua qui alio loco sic loquitur: Ut per patientiam
et consolationem scripturarum spem habeamus. Affectus enim ille quem queris
pax est non patientia. In patria est non in via. Nec eos qui eiusmodi sunt a
scriptura opus est consolari. Ergo per patientiam et consolationem scripturarum

spem habeamus etiam si nondum possimus apprehendere palmam. propterea enim dixisset diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, sollicite addidit: hiis qui secundum propositum vocati sunt sancti. In quo verbo non te terreat scrupulus nominis, quia non secundum meritum sed secundum propositum, non secundum affectionem sed secundum intentionem fratres veniat illud prophete: Custodi animam meam quoniam sanctus sum. Illum enim quia putas sanctitatem ut ipse quidem paulus corruptibili adhuc gravatus corpore arbitrabatur se comprehendisse. Unum autem inquit que retro sunt oblitus et in ea que ante sunt extentus sequor ad palmam superne vocationis. Vides quia licet nondum apprehendisset bravium, habebat tamen propositum sanctitatis. Et tu ergo si posueris in corde tuo declinare a malo et facere quod bonum est, tene quod accepisti et proficere semper in melius. Sed et si quid aliquando minus recte egeris, ut est humana fragilitas, non in eo persistere, sed penitere et corrigere satage, et sic procul dubio sanctus es et tu. Sed non idcirco clamare adhuc necesse sit: Custodi animam meam quoniam sanctus sum.

Videte ergo nosse quemadmodum hucusque sanctis omnia cooperantur in bonum. Non morari per singula, quia in longum protraheret sermonem. Hora non patitur, eadem nobis est in vespertinum tempus ordinis adventus. Audite ergo verbum abbreviatum: quemadmodum nobis universa serviunt, omnia cooperantur in bonum, minime mirum sit audires. Etenim siquidem illi pro nobis quia et nos. Si pro nobis fuerit hostes mei, quo non omnia simul magis illis? Porro duo nobis ut manifestum est adversantur hostium genera, malum videlicet duplex, quod facimus et quod patimur. Hec autem sunt, ut apertius dixerim, culpa et pena. Utrumque autem sit nobis utrumque contrarium, etsi voluerimus utrumque pro nobis, ut hec quidem ab illa liberet et recte adversus istam invicem illa nec parum. Etenim compungimur in cordibus nostris et tribulatio contrita super delictis preteritis sed delinit contritionem et contritionem dentes peccati contritis reducit ad spem venie penitentia ista, et voluntaria pena quam patimur non solum autem preterita sed et futura repellit; nam et temptationem propulsat vana et nonnulla sic pavit ut ad caput venenatum possint erigere caput. Sic pena pro nobis fuerit adversus culpam ut vel omnino non sit vel sit minor. Culpa vero nichilominus agit ut aut non sit aut minor sit pena, non quidem ut omnino non sit, sive aliquantum sua minuat, quod nullatenus expediret, sed ut non sit pena quamvis minor sit pena, videlicet aut non sit aut minus sit onerosa. Quisquis enim perfecte senserit onus peccati et anime lesionem, aut parum sentiet aut ex toto non sentiet corporis penam, nec reputabit laborem que penam noverit dolore preteritum fore minori. Sic enim sanctus David quiescentis non reputavit iniurias memor filii persequentis. || Item in labore messis de duobus mensis. Sermo XXX.

Labor iste fratres exilii paupertatisque nostre nos admonet peccati et iniquitatis. Ut quidem in morte affirmant tota die in ieiuniis multis in vigiliis habundantius in laboribus et erumpnis. Usquequo ad hec creati sumus? Absit. Nam licet homo natus ad laborem, sed omnino ad laborem creatus. Nativitas in culpa est et ideo in pena. Omnes enim nos propter gemere dicentes cum propheta: In iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea. Aliena ab

vincit quod prima creatio quia sicut non culpam ita nec penam deus fecit. quid de ea que
maior est omni morte videlicet aperte scriptura testatur Invidia dyaboli mors introivit
in orbem terrarum et alio loco deus mortem non fecit etc. Itaque sicut laborantibus mani-
bus nec oculus propterea clauditur nec aures abstinent ab auditu sic primo et mul-
to melius laborante corpore mens quoque ipsa suo intenta sit operi et non vacet
cuius pretium laboris cogitet in labore ut ipsa ei pena quam patitur culpam pro qua pa-
titur representet dum videt vulnerum ligaturam ipsa sub panniis vulnera meditetur
huiusmodi siquidem cogitatione humiliatur sub potenti manu dei et dulci quadam
pietate mens plena miserabilem se exhibet in oculis eius. hinc quoque scriptu-
ra nos admonet Miserere miserens anime tue placens deo nec dubium ea que pla-
cet deo nichil finale eius posse magis optime Et ne dixerimus unde miserendum
sit aliquibus nostris nisi inspiciendo dissimulaverimus multa in eis miseratione digna
poterimus invenire. unum tamen dico ut occasionem vobis dedisse videar ceterum quod
aliter advertatis. nonne velut inter duas mensas positi epulantes hinc inde
spectamus iocundum etc. Sic sumus omnino sic sumus unde ergo sic positis risus
unde iocus unde levitas unde superbia unde excellentia oculorum. hanc for-
te non agnoscimus mensam non considerantes epulas delicias non videmus. hinc ibi
sit quos video deliciose viventes in omnibus bonis sensibus huius mundi invenientem
plorant alios quibus disposuit christus regnum ut edant et bibant in regno patris sui
ut ubique video filios mei homines fieri meos Et heu me advenientibus licet exten-
dere manum ab utraque mensa prohibetur Ab hac quidem professionis ab illa
vinculo corporis ut nec ad inferiores audeam nec ad superiores accedere pos-
sim. quid inter hec restat nisi comedere panem doloris ut sint michi lacri-
me mee panes die ac nocte si quis celestis convivat mea mentis in os latran-
tis sub mensa catelli vel exigua aliqua delicatas illas fragmenta demit-
tat. Nam interior quidem consideratio qua nobis ipsis comparamus eorum respectu
quos nonnumquam deliciose viventes in hoc seculo conspicimus adhuc ante est me ci-
no michi placet talis affectio in via spiritualis longius enim positus est a iu-
dicio veritatis qui beatificat quos velut miserrimos lugere debuerat et
se miserum reputat non sine consensu videtur sed affectionis sensu quia non est sicut
ille qui magis optare debuerat ut omnes essent sicut ipse hoc in solum tali-
ter cogitatione laudabile est si miseriam ipsam quam reputamus pro amore sive ti-
more dei patienter ferre debemus et cum quadam pietate dicat deo propter
verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras Et hec quidem cogitatio inicho-
ata est nunquam hec periculosa Ac vero non ita perfecte recipit et affectionem sen-
qui videant omnis omnia procul dubio detrimenta faciet et quasi stercora arbi-
tus lugebit cum propheta super eos qui amplexati sunt stercora Ipse vero sen-
quidem huiusque superbia hec universa despiciet et magna in altitudine ani-
mi collocatus non bonum dicit possidere cum hec sint sed miserum plane beatum vero cuius
est dominus deus eius. verum dum ita sua comparatione miseros illos invenit ita
quod eorum comparatione sui quoque misereatur si suspexerit ad celestes de-
licias et delectationes in dextera domini usque in finem. unde fuit ut qui prius

de inferiori irriguo lacrimas fundens plangebat quoniam propter te mortificamur tota die et de superiori habundantiores emittit fletus dicens heu michi quia incolatus meus prolongatus est || Sermo tercius de labore messis. Sermo xxxvi.

Hec est generatio querentium dominum querentium faciem dei Jacob. Et diversis et diversa querentibus hominum turbis adeo frequentatus quam desideravimus ad hunc cumulum hodie spiritum refocillaturus accessi. Gratias deo non sum fraudatus a desiderio meo non frustratus sum a spe mea repletus sum consolatione superhabundo gaudio omnia interiora mea nomen domini benedicant et omnia ossa dicunt domine quis similis tibi. Nempe prospiciens eminus eam aciem fateor videor michi corporaliter visus sum quos in spiritu quondam propheta previdit et gratiosissimum illud ore ille deprompserit ut eam ex psalterio dicens hec est generatio querentium dominum || Videte sunt generationes hominum et in seculo cum est ista generatio que nunc viget in apparet in nobis. Prima generatio siquidem nec querens adhuc dominum nec quesitum fuit a domino eam in oblivione mentis et reatu iniquitatis utrumque per genuit mater sua | Secunda proinde statim sicut nate erant ex aqua et spiritu mediator nobis exhibuit festinatum et fuit illa generatio nondum quidem querentium sed tamen iam quesitorum quia nec scientes adhuc querere dominum nec valentes ipse quesiverat. Quesivit ergo nos et acquisivit in generatione secunda ut essemus iam amplius ac quesitorum. Si adhuc forte senior frater murmurat et invidia intabescit dicat ei quoniam epulari et gaudere oportebat quia hic frater tuus perierat et inventus est. Ceterum adhoc statim quesivit nos dominus ut quereremus ipse opportune eum iam querere posset posset et invenire. Ve nobis quia tam diu dissimulavimus et neglexerimus que rere verum querere eum qui solus bonus est querentibus se aie sperantibus in se. Ve et generatio prava et exasperans multa et adultera generatio mediante ipsi hodie que timens et diligens dominum non servans fidem cui desponsata fuerat veritati nunquid opus habet eiusmodi generatio nasci denuo iterum generari. Et maxime illam nempe genimina viperarum forte intolerabiliter mater morsibus habent in ventre suo per iteratio innovari et nasci quanto frivolus sunt posteriora eorum deteriora prioribus | Gratias ipsi gratie et si dici per plurimum gratiarum ministrationem que baptismus obtinuit non modo innocentes sed minimos nulle meritos et ignaros Gratias ei qui regeneravit vos etiam hac vite in spem vite et adoptione filiorum recipiens. Voluntarie enim nunc propere genuit nos verbo veritatis suo iam quia prius nos genuit sacramento equidem pietatis et si voluntarium generatum genitis tamen voluntarium esse non potuit in quibus nullus adhuc voluntatis usus nullum rationis experimentum fuit ac proinde nulla generationis ipsius cognitio nulla tanti notitia generatoris. Nunc demum voluntaria generatio voluntarium exhibet sacrificium iuxta illud voluntarie sacrificabo tibi et confitebor nomini tuo domine quoniam bonum. Hec est generatio querentium dominum querentium an habentium dominum. Habentium utique et querentium. Alioquin non possent querere non habentes. Sed quid habentes aut quid querentes. Vel potius quo habentes et quo requirentes verbo genuit. Verbum habent. Nunquid non verbum domini. Johannem audi Et deus erat verbum. Quid ergo iam plus querit generatio habentium dominum. Considera quid sequitur in psalmo. Hec

est enim generatio quaerentium dominum quaerentium faciem dei Jacob. Unde proinde ha
bent pacem et requiem quia unus idemque et verbum patris et splendor paternae glo
riae est. Et id quidem non quaesitus haberi forsitan potest non habitus autem quaeri omnino
non potest. Denique ipsa est quae de se loquitur sapientia: Qui edunt me adhuc esurient.
Potens ipse est praevenire se etiam non quaerentibus qui ut supra ostendimus de tumulo gratiae et
laudis dilectionis quaerit et faciunt adhuc quaerere non valentes. Nemo autem
ante praevenientem quaerere quem habet quia nemo inquit venit ad me nisi pater meus traxerit
eum. Adest ergo qui trahit et quodammodo nec dum adest qui non alio trahit quam
ad seipsum in ipso enim nec ipse sine filio pater. Adest per fidem ut ad speciem
trahat. Quomodo ergo non exultet spiritus meus quomodo non sim modo iocundus
in generatione ista quaerentium dominum. Nempe testimonium credibile nimis qui gustant
sapientiam est esuries ipsa tam vehemens certissima mihi probatio et indubitabile argu
mentum quod habetis quem sic quaeritis et in vobis habitat qui tam valide trahit vos
ad seipsum. Non enim huiusmodi possibilis conatus est nisi eius dextra faciat virtutem.
Cui vox est semper clamantis: Trahe me post te curremus in odore unguentorum tuorum.
Non minimum ab hac forma istius quaesitionis nec aliud experimentum quaerimus eius
qui in vobis habitat spiritus quam quod ita quaeritis spiritum. Videtis enim fratres qualem spiritum
accepistis spiritum qui ex deo est ut sciatis quae a deo donata sunt vobis. Audivimus
apostolorum audivimus et prophetarum etiam et angelorum gaudium quibus autem nihil no
bis arbitror posse sublimius affectum. Sane e singulis mihi videor in vobis ali
quid et magnum aliquid invenire. Quis enim caelibem vitam vitam caelestem et an
gelicam dicere vereatur aut quod in resurrectione futuri sunt omnes electi. Quo non
utique nunc estis sicut angeli dei in caelo a nuptiis penitus abstinentes. Amplectimini
fratres pretiosissimam margaritam amplectimini sanctimoniam vitae quae vos efficit conciu
es sanctorum et domesticos dei dicente scriptura: Incorruptio facit proximum deo. Sit er
go non vestri quidem meriti sed gratia dei estis quod estis. Et ad castitatem et sanctimoniam
spectat angeli quidem tironi aut peregrini caeli cives sed in terra interim peregrini. Quamdiu
enim sumus in hoc corpore peregrinamur a domino. De prophetia quid dicimus? Lex et
prophetae usque ad iohannem. Veritatis autem veritati non erat ille adversarius sed
discipulus utique veritatis qui dicebat etiam post iohannem: Ex parte enim cognoscimus
et ex parte prophetamus. Cessabunt ergo prophetiae quia tam cognoscimus verdum cum
toto cessavit quod adhuc ex parte. Cum venerit autem quod perfectum est evacuabitur quod ex
parte est. Siquidem ante iohannem qui fuerunt prophetae utique adventum domini propheta
bant et quasi nondum adhuc pars salutis in notitiam sed utique in prophetia erat.
Magnum sane prophetandi genus cui vos deditos esse aspicio magnum prophe
tiae studium cui vos video mancipatos. Quid illud? Nempe iuxta apostolum non conside
rare quae videntur sed quae non videntur. In dubio prophetare est ambulare in spiritu
ex fide vivere quae sursum sunt quaerere non quae super terram. Obliviscentes quae retro sunt
et extendi in anteriora ex magna parte prophetare est. Alioquin quomodo
nisi per spiritum propheticum quaeritis quae in caelis est. Sic nimirum prophetae olim quasi non
inter homines sui temporis erant sed virtute impetu quodam spiritus dies illos transilientes
exultabant ut viderent diem domini et viderunt et laetabantur in ea. Sed et

professionem apostolicam audiamus Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te Si gloriari
licet habemus gloriam sed si sapimus habebimus eam apud deum. hec enim vera est glo
riatio ut qui gloriatur in domino glorietur namque neque manus nostra excelsa sed dominus fecit
hec omnia. Fecit nobis magna qui potens est ut merito magnificet anima nostra dominum
Spiritus enim magno munere factum est ut magnum illud propositum vnde magnum glo
riabantur apostoli magnifice sequeremur. Forte etiam si in hoc quoque gloriari voluero
non ero insipiens veritatem enim dicimus esse hic aliquos qui plus quam navem
et retia reliquere. quid vero illud quod ipsi quidem apostoli omnia reliquerunt sed ut pre
sentem in carne dominum sequerentur non est mirum dicere secuti sumus ipsum dominum audiamus
Quia vidisti me thoma credidisti beati qui non viderunt et crediderunt. Forte
etiam prophetandi genus excellencius esse videbitur non intendens quibuscunque tempora
libus rebus et transitoriis aliquando sed spiritualibus et eternis Et nobilius in vase fictili
thesaurus consistens illustrior in eventu fragili ex aliqua parte prohibitior vir-
tus Tibi ergo in hoc tempore angelica conversatio in corde prophetica expectatio
in utroque apostolica perfectio invenitur. Qualis est cumulus iste gratiarum. quid retri
buimus domino pro omnibus que retribuit nobis. Sublimis gradus sed eo amplius
periculosa ruina. numquid non tres celi sunt quos ascendimus. Itaque qui stat videat
ne cadat videbam inquit sathanam tamquam fulgur de celo cadentem. Ex alto
cecidit confractus confractus et comminutus est desperata est plaga eius factus est spi
ritus vadens et non rediens. numquid et vos vultis abire. Sathanas cecidit
numquid cecidistis et vos stetistis. Cum salubrius vobis stare in viis domini stare in gracia
in qua statis. Non enim beatus vir qui abiit in via peccatorum. beatus magis cuius est
auxilium abs te domine ibunt enim hii igitur de virtute in virtutem ad videndum deum deorum
in syon ad videndum in bonitate electorum tuorum ut lauderis cum hereditate tua Ipsi
tempore hereditatis ipsi sunt dii et filii excelsi omnes || Itaque fratres mei quamquam veris
sime certissimeque hec est generatio querencium dominum querencium faciem dei iacob. quod
vobis aliud dixerim quam quod ait idem ait propheta. Letetur cor querencium dominum
querite dominum et confirmamini querite faciem eius semper Et quod aliud dicit Si que
ritis querite. quid est Si queritis querite In simplicitate cordis querite illum
non aliud tamquam illum non aliud preter illum non aliud post illum In simplicitate cor
dis querite illum. Simplex natura simplicitatem cordis exquirit denique et cum simplici
bus sermocinatio eius vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. non potest que
quesivit invenire ab hiis qui ad tempus credunt et in tempore temptationis recedunt. cer-
tissimum est non pervenient quesita minime invenient. Ve etiam peccatori terram ingredien
ti duabus viis nemo enim duobus dominis servire potest ne hic quidem duplicitate vitiat
integritas illa perfectio illa. illa plenitudo indiget et ut inveniendi se placeat
nisi perfectorum quesitionis corde. Ceterum si odibilis est canis reversus ad suum vo
mitum et sus lota in volutabro luti. Sed et ipsum quoque quod invenerit rapidus
ex ore suo evomere incipiet deus simulatores et proditores ubi parebunt.
Si maledictus qui facit opus dei negligenter qui fraudulenter facit quid me
rebitur. Fugiamus et hanc duplicitatem fratres et a fermento phariseorum omnes
caveamus. verax est deus et veraces quesitores querit qui eum querunt in spiritu et

nectitur. Si volumus frustra quaerere dominum quaeramus vere et quaeramus frequenter
quaeramus perseveranter ut non quaeramus pro illo aliud nec cum illo aliud sed nec ab illo
ad aliud quaeramus. Facilius enim est caelum et terram transire quam ut sic quaerens non inve
niat sic petens non accipiat sic pulsanti non aperiatur. || In assumptione
beatae et gloriosae virginis Mariae. Sermo xxxvi.

Virgo hodie gloriosa caelos ascendens gaudia civium supernorum copiosis
sine dubio cumulavit augmentis. Haec enim est cuius salutationis voce
et ipsos exultare fecit in gaudio quos materna adhuc viscera clau
dunt. Et si parvuli necdum nati anima liquefacta est ut Maria locuta est quid pu
tamus quaenam illa fuerit caelestium exultatio cum et vocem audire et videre faciem
et beata eius frui praesentia meruerunt. Nobis vero karissimi quae in assumptione eius solemp
nitatis occasio quae causa laetitiae quae materia gaudii. Mariae praesentia totus il
lustrabatur orbis adeo ut et ipsa iam caelestis patria clarius rutilet virgineae lam
padis irradiata fulgore. Merito proinde resonat in excelsis gratiarum actio
et vox laudis. Numquid non ergo magis plangendum nobis quam plaudendum esse
videtur. Quantum de eius praesentia caelum exultat nonne consequens est ut tantum lu
geat hic mundus inferior eius absentiam. Cesset tamen querela nostra quia
nec nobis hic est manens civitas sed eam inquirimus ad quam hodie Maria bene
dicta pervenit. In qua si conscripti cives sumus dignum profecto est etiam in exilio
etiam super flumina Babylonis eius recordari eius communicare gaudiis eius partici
pare laetitiam maxime quod eam quae tam copioso impetu laetificant hodie civitatem
Dei ut sentiamus et ipsi stillicidia stillantia super terram. Praecessit nos regina no
stra praecessit et tam gloriose suscepta est ut fiducialiter sequantur dominam servuli cla
mitantes: Trahe me post te in odore unguentorum tuorum curremus. Advocatam
praemisit peregrinatio nostra quae tamquam iudicis mater et mater misericordiae suppli
citer et efficaciter salutis nostrae negotia pertractabit. Pretiosum hodie munus terra
nostra direxit in caelum ut dando et accipiendo felici amicitiarum foedere copuletur
humana divinis terrena caelestibus summa infimis. Illo enim ascendit fructus terrae
sublimis unde data optima et dona perfecta descendunt. || Ascendens in altum
virgo beata dabit ipsa quoque dona hominibus. Quidni daret. Siquidem nec
facultas deesse poterit nec voluntas. Regina caelorum est misericors est denique
mater est unigeniti filii Dei. Nihil enim sic potest potestatis eius seu pieta
tis eius magnitudinem commendare nisi forte aut non creditur filius Dei honorare ma
trem aut dubitare quis potest omnino in affectum caritatis transisse Mariae viscera
in quibus ipsa quae ex Deo est caritas novem mensibus corporaliter requievit. Et
haec quidem propter nos diximus fratres scientes difficile esse ut in tanta copia caritatis
illa perfecta non quaerens quae sua sunt valeat inveniri. Ut tamen interim sileamus benefi
cia quae pro ipsius glorificatione consequimur si eam diligimus gaudebimus
utique quia vadit ad filium. Plane congratulabimur nisi forte quod absit
inveniamur gratiae oculis invenimur ingrati. Quem enim castellum mundi
intrantem primus ipsa suscepit ab eo suscepta est hodie sanctam ingrediens civitatem
Sed cum quanto putamus honore cum quanta exultatione cum quanta gloria